



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Alia Caroli officia, eiusque existimatio. cap. 43.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

perari, ac imminui curabat. Religio-
 fus vero sodalitiū in S. Mauritij
 tutela constituit eorum; qui matri-
 monij expertes, in posterum quoq;
 sibi vitæ castitatem proponerent; &
 viuendi rationem à vulgaris consue-
 tudinis vanitate seiunctam amplectē-
 rentur. quorum opera Carolus, cum
 in alijs pijs officijs, tum in christia-
 nis scholis habendis præcipue vsus
 est: licet multò plures ea res requi-
 rat operarios. Hæc scholæ ad traden-
 da maribus, fœminisque separatim
 christianæ doctrinæ rudimenta, per
 ecclesias, foris, & in vrbe passim ha-
 bentur. Vnaquæque schola, & regio
 suos habet adinistros, qui festis die-
 bus, suo quisque loco, & munere, ei
 operi vacant: vniuersis sacerdos est
 præfectus; visitatoresque constituti;
 quibus ceteri ministri frequenter
 de religioſæ exercitationis progres-
 su, statuque omni referant; qui certis
 temporibus communicent inter se,
 locaque perlustrent, & quemadmo-
 dum se res habeat, vbique diligenter
 inspiciant. Hæc exercitatio ante Ca-
 roli aduentum boni viri laici studio
 incœpta, non solum ignorantia malo
 in ijs quæ salutis sunt, medetur;
 sed in maxima, & prope infinita mul-
 titudine bonos mores, religiosum-
 que cultum conseruat. Ac de huius-
 modi, institutis, societatisque sin-
 gulis leges, præceptaue conscripta,
 & ex maiori parte edita sunt.

De eius sy-
 nodis, ac de
 eretis.
 Cap. XLII

Hæc discipline, gubernationisque
 ratio, quæ vt per nos fieri potuit, bre-
 uiter adumbrata est; synodorum pro-
 uinciæ, diœcesisque decretis conti-
 netur: tum magna quoque ex parte
 edictis; præscriptionibus; monitis;
 litteris publicis, quas pastorales di-
 cunt, explicatur: quorum magnum
 volumen edidit Petrus Galeſius,
 inscripsitque, Acta Ecclesiæ Mediola-
 nensis. incredibili studio nunc ab om-
 nibus orbis christiani partibus ex-
 petitum, Episcoporum concilia sex

cum celebrauerit, vt suis locis in hi-
 storia tetigimus; sex etiam edidit de-
 cretorum volumina, iisdem r. erum
 fere generibus, titulisque disti ncta.
 quæ omnia in vnum corpus, su b ijs-
 dem capitibus componere, ad faci-
 liorem vsū cupiebat; eamque opus
 ipse propemodum absoluerat; cum
 ex hac vita decessit: Tanti hanc syno-
 dorum actionem faciebat; vt e pisco-
 porum excusationes difficiliter acci-
 peret, ne conuenirent. quin et iâ Car-
 dinalem episcopum prouinciæ, sub
 cœcilij tempus, nulla necessar ia cauſa
 Mediolano abiturum, cum a preci-
 bus non posset, auctoritate Pontifi-
 cia, iureque suo tenuit, vt concilio
 interesset, Diœcesis synod os, ad sa-
 crorum canonum præscrip tum, vel
 habuit quotannis; vel si dist alit, a sū-
 mo Pontifice dilationis in ipe trauit
 facultatem. ibi præter decreta popu-
 lo suo, proprie accommod ata, quo-
 rum libelli quatuor habentur; multa
 efficiebat ad recognoscendam, con-
 seruandamque cleri disciplinam; de
 quibus superius cōmemoratum est.
 Hæc omnia decreta, vel ex eo facie-
 bat; quod vsus, ac assidua speculatio
 in clero, populoque, corrigendum,
 meliusve reddendum docuerat; vel
 ex eo, quod antiqua disciplina sup-
 peditebat, ad perfectiorem ecclesiæ
 conformationem ex his alia prius in
 decreto erant, quàm in vsu; alia vsus
 ante probauerat, quàm in decretum
 venirent, quædam in sua diœcesi cō-
 stituta prius, & perfecta; ad vniuer-
 sã prouinciæ vsū deducebat.

Ad hoc tantum, tamq; multiplex
 gregis vniuersi curandi studium, ac
 laborem, quotidiana possunt addi pa-
 ternæ charitatis officia; quæ singulis
 ille petentibus, viduis præsertim, ac
 pupillis negauit nunquam; siue con-
 silio quis, siue gratia; siue re iuan-
 dus esset. quæ quidem benignitas fe-
 cerat, vt qui calamitate aliqua pre-
 meretur; qui ad graue aliquod ma-

Alia Caroli
 officia, eius-
 que existi-
 matio.
 Cap. XLIIj.

pp 2 nus,

nus, opusve ad pietatem pertinens, esset, aggressurus; aut de summa reru suarum deliberaturus; ad eum tantquam ad patrem confugeret: priuatis publicisque; rebus suis homines etiam exteri salutare auxilium ab eo quaererent. Itaque damnatis à Principibus repetitis acriter officijs, vitam impetrauit; miseris studio se subuenit; si misericordia digni visi sunt. Romæ cum esset, infelix vidua magistratus sententia capite damnatur, illa ad Carolum mittit, testatur sese vi cruciatuum coactam, confessam esse, quæ vere non fecerat. Carolus Pontificem adit: ut causæ cognitio repetetur obtinet; mulieris patrocinium suscipit, ea demum innocens cognita absoluta est. Homines perditos, qui conscientia stimulis agitati, suæque miseria ac officij diuinitus admoniti, extremo interdum consilio supplices adiere: consilio, auctoritate, idoneorumque sacerdotum opera, iuuuit peramanter; & in rectam viuendi viam reduxit. Principes, ac militiae duces etiam ex longinquis prouincijs in suis difficultatibus, obfidionibus, ac bellis, pia quadam fiducia, precum eius subsidium; consilium etiam, atque operam petiere. Ciuitatem vero suam non ijs solum rebus, quæ ad animæ salutem pertinēt; sed alijs quoque iuuuit amantissime, quotiescumque fuit opus. multa sunt, quæ ad patriæ commodum, ac ornamentum curauit, Pio præsertim uunculo viuente. Annonæ in opiam frumento ab exteris impetrando, profusis dandis eleemosynis, omni denique ratione subleuare conatus est: quamquam eo uiuo modica, præ tempore quod sequutum est, illa fuit. His rebus incredibilem sibi conciliauerat omnium ordinum amorem, atque obseruantiam. vel aspectu ipso videbantur homines ad bene viuendum incitari cum exiret fere quotidie ad varias sui muneris fun-

ctiones; quacumque, tamen transibat, cupide accurrebant ad eum; ex ædibus inter se vocabant; ut viderent, & signi salutaris, fructum perciperent; quod manu modo ad hanc. modo ad illam partem versus, incedens perpetuo faciebat. atque cum ita accurrissent; vtrumque genu humi ponebant omnes: ex equo plerique descendebant, quæ quidem abundantia quadam pietatis, & amoris, sponte sua facere instituerunt. ac solebant foeminae, magnam partem, cum is transiret, sibi velum, ut in ecclesia iuebantur, imponere; & non ex edito, sed plano loco se venienti offerre; ea quoque de causâ; quod ab eo doctrinae erant, contra christianum officium videri; ex fenestris, & omnino ex editiore loco sacros ordines, resque sacras prætereuntes, spectare. Qui cacodemonum vexatione laborabant; ij adducebantur dum præteriret: ac clamabant illi quidem, agitabanturque vehementer: sed ad vllum expellendum numquam sese Carolus conuertit. tantum, cruci extra portam Tonfam erectâ; quod pestis causa factum erat omnibus compitis; solemni ritu benedicens, eorum procaciam repressit. nam eo concionante; cum mulieres duæ, seu dæmones in eis, adeo magnos ederent clamores, ut verba minime possent exaudiri, nemoque efficere potuisset, ut tacerent: tandem ad eas Carolus conuersus, cum manu tantum benedixisset; tacito iussu ita paruerunt, ut nihil amplius auderent mutire; cum ibi tamen usque ad finem permanissent. quod cum attenderent astantes; sese mutuo præ admiratione intuebantur. Ac non reuerentia solum erga Pastorem suum; sed re ipsa, moribusque christianis mirum in modum profecere Mediolanenses. nam ut alia hic non repeti huius rei indicia, a Caroli tempore, sicuti ab ipsis magistratibus accepti, criminum iudicia multo pauciora sunt.

fiunt. qua ex re quæstores regij multarum. bonorumq; publicatorum dimidio fere minus habent, quod in fiscum referant, quam antea consueuissent. Non est tamen negandum; quod ad nobilitatem magis excitandam valere velim; solitum fuisse Carolum queri; quod reliquam multitudinem satis facile flectens; patritios tamen. quos semper, & initio præsertim iuuare studuisset; inuenerit in saluti negotio plerumque duriores. Cum se totum in unam gregis sui curam concludere videretur: eius nihilo minus nomen ut frequentes auditum est Deus apud omnes nationes summa cum laude virtutis admirabilis, celeberrimum reddidit. In Lusitaniam finibus cum essem, & ex incolis quidam Mediolanensem esse me audirent. Ita ne, aiebant, ex ea ciuitate, ubi sanctus ille Cardinalis est Episcopus? Verum haud ita subito Deus tantam ei conciliauit opinionem. plurimi enim, primis annis varijs nominibus obtrecebant; simulationem, quidquid egregie conaretur, dicebant: ipsam honorum, facultatumque amplissimarum contemptio nem multi cauillabantur. cum vero diurnitas, & constantia; in primis vero vitæ pericula, pestis tempore adita, simulationis crimen satis ressellissent; bonam mentem fatebantur; sed iudicium, prudentiamque requirebant. tantis rebus demum tam præclare gestis, talique rerum omnium exitu, sensus eiusmodi, non ille quidem omnino extinctus erat; sed tamen, quantum humana consuetudo, miseriaque patitur, imminutus. quod de ipso euenit: id cæteris prædicare solebat antequam eueniret: non deterreri Episcopum debere, aliuve Dei seruum; si primo quæ faceret multis displicere, si etiam obtrectari sibi videret, nam si recta via pergeret; fore tandem, ut aliud plerique sentirent. Integram autem Episcopo

in primis dicebat propositam esse debere virtutis disciplinam: nam si qua parte deficeret; ibi obtrectandi, calumniandi que reliqua, maleuolis, ac infirmis aditum dari: & ex ea parte rem totam facile corrumpi. Magnū igitur erat eius apud omnes pondus auctoritatis. verebantur illum etiam summi viri, summisque locis collocati: si quid peccati esset, studiose cauebant, ne ad eum referretur: eo adueniente remouebant, si quid non optime se habere, apud se aduerterent. Quiduis illi recte committi posse putabatur. in eius fidem nihil suspicionis ab vlla parte cadere: sua quisque eius arbitrio libèrissime permittere; tutum, sanctumque existimare, quod eius fidei commendatum esset. Ipsi hæretici si forte viderunt, aut de eo audierunt, virtutis eximia vi coacti, magno sunt eum honore profecuti. Qui ex transalpinis ecclesijs in Italiam venirent; ijs quantum ex multorum facto cognouimus, propositum in primis videbatur, Mediolanum ad eum visendum diuertere. Italia; aliarumque prouinciarum Episcopi ecclesiasticæ disciplinæ, ecclesiæque bene gerendæ studiosi, ab eo præcepta, auxiliumque petebant. designati curabant, ut ab eo sibi manus imponerentur: eius acta, præscriptaque: totius denique gubernationis, atque adeo vitæ rationem, postulabant. quod idè amplissimi Cardinales multi fecere: quibus Carolus neque optimo consilio, auxilioque deerat; & pari modestia tamen respondebat. Episcoporum porro non magister solum, sed perfugium quoque habebatur: qui si difficultate aliqua premerentur, magna ad eum fiducia confugiebant; eiusque commendatione, ac patrocinio, apud summum Pontificem, sacrumque orbis christiani Senatam; tum etiam apud Reges, Regulosque utebantur. Ex eis multi ad eum veniebant; nonnulli diu
mo-

morabatur; vt omnia plenius cognoscere. præceptis, scriptisque varijs locupletati discederent, quandoque etiam clericos eius gubernationis peritos impetrabant; quos ille, si videret ita reip. christianæ conducere, parcius alioqui, tenaxque in suis sibi conferuandis, ad tempus non negauit. concessit Vincentium Albanum Theologum Alexandro Archiepiscopo Aquarum Sextiarum in Gallia; qui disciplinæ causa plures Mediolani moratus menses; magno accensus imitandi Caroli desideratio, demum in patriam reuersus, non pauca restituit; aliaque grauia conatus est ad animarum fructum, disciplinæque sacræ instaurationem. concessit Dominicum Ferrium Theologum, & canonicum Mediolanensem Andreæ Battorio, quem fratris filium Stephanus Poloniæ Rex Romam mitens, primo iussit ad Carolum diuertere; eiusque præcepta diligenter audire. Carolus autem optimæ indolis adolescentem omni humanitate complexus, ita iuuuit, vt ab eo patris nomine mira obseruantia appellaretur; & mirum in modum coleretur. potuit Andreas in ea erga Carolum obseruantia, quam semper conseruauit, Regem ipsum imitari: cum is mirifice Carolum obseruaret; ex animo se bellorumque suorum euentus precibus illius commendaret; consilia sua interdum communicaret. Alij Reges, Reginæ, principes, populi eius nomen, sanctitatemque magna pietatis, ac venerationis significatione coluerunt: eius consilia, monitaque cum vsu venit plurimi fecerunt. imaginem quoque adhuc viuientis studiose multi quæsiere: ipseque Philippus Rex Catholicus eam in cubiculo

suo iussit asseruari. In his Italiae Regulos omnes numerare possumus, sed Emanuelem Sabaudia Ducem meminisse frequentes ad eum litteras sua manu scriptas mittere; summisionemque incredibili supplicem; & orationis, & monitionis auxilium postulare; testari vero aperte, ab eo sese monita tamquam ab ipso Deo accipere. cuius pietatis studiosum imitorem filium reliquit. Alexandri Parmensis Ducis venit in mentem, qui ad Carolum scribens affirmabat; in difficili illa Belgica administratione adiutum se fidenter omnia pericula, modo sciret eius se quotidianis precibus Deo commendari. ex aliarum vero prouinciarum Regulis, Gulielmus Dux Bauariæ pro suo summo in pietatem, christianæque vitæ sanctitatem studio, nemini concessit, qui Carolum singulari amore, atque obseruantia prosequeretur: quod ijs officijs omnibus semper ostendit, quæ Antistiti, patrique optimo tribui maxima potuerunt: Post mortem quæ nam eius sit existimatio, declarat eorum fiducia, nobis ante commemorata, qui passim in calamitatibus suis eum inuocant adiutorem. prudentia vero, animique lumen in administranda ecclesia tanti æstimatur; vt huc plerique deueniant, qui rebus ecclesiasticis ordinandis student; scripta conquirant; instituta discant: auferrant quidquid possunt. præterea, si quid apud eos qui cæteris præfunt, in dubium vocatur, eos etiam ipsos qui ab eo viuente dissenserunt; illud sufficere videtur ad confirmandum, si Carolus ita fecisset de se demonstratur.

F I N I S.